



einstellen

6  
W

L. D. B. VI

9

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO AVGUSTO,**  
PRINCIPES REGIO, ET ELECT. SAXON. HEREDE  
ETC. ETC. ETC.

QVAESTIONEM:

**AN PECCATA, SEMEL  
REMISSA, HOMINI  
RELAPSO DENVO  
IMPVTEN TVR?  
SVB MODERAMINE**

**DN. GOTTLIEB VVERNSDORFI,**  
S.S. Theologiae Doct. & Prof. Publ. Extraord.  
nec non Coll. Phil. Adi.

*Patroni, Praeceptoris, & studiorum suorum Amplificatoris, omni observantiae cultu aeternum prosequendi,*

**PRO D. LVTHERI CATHEDRA  
ANNO ACADEMIAE SECVLARI cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> ccII.**

*Ad d. Septembr.*

PUBLICE VENTILABIT  
RESPONSVRVS-AVCTOR


**M. GEORGIVS THEODORVS Beff/  
Onoldinus.**

---

VITEMBERGAE, EX OFFICINA GERDESIANA.



RECOLLE MAGNITUDINIS  
DNI HIRDRIGO A THAGASIO  
AN PEGO RIBA CORDINI  
RHNIDIA  
IMHAT  
DNI GOTLITH AVTRIC  
HED  
HED  
HED  
HED  
HED  
HED  
HED



## PROOEMIUM.

**H**aud dubie in omnibus cordis & conscientiae angustiis , summo nobis solatio est, qvod scimus, DEum velle ex mera gratia, per & propter Christi meritum , fide apprehensum , omnes promiscue peccatores serio pœnitentes, recipere in gratiam, a peccatis absolvere, & æterna felicitate donare. Hoc in capite, quantum situm fit , Apostolus docet, cum pio qvodam Zelo correptus, & de veritate prædicati a se Evangelii certissime perswasus: *Et iam si, inquit, Angelus de Cœlo aliud annunciet Evangelium , prater id, qvod annunciatum est, anathema sit.* Gal. I, 8. Itaque hoc centrum illud est, in quo reliqua Christianæ doctrinæ capita svavissima qvadam conſenſione concurrunt, & ad qvod tota recuperandæ salutis, qvam vocamus, ὁμοούσια, directa est. *Gratia DEI Patris, omnium beneficiorum fons & origo Justificationem vel præcipue respicit Tit. III, 7.*

*Internatio Filii* eandem pro scopo habuit, *Gal. IV, 4.5.*  
*I. Job. III, 8.* idque vel ipsum *Salvatoris* nomen ostendit, *Mattb. I, 21.* Huc tota Christi vita, huc omne illius officium spectavit. *Invitavit* nos ad eandem ut *Propheteta*, *Mattb. XI, 28.* eandem nobis promeruit, procuravitque ut *Sacerdos II. Cor. V, 21. Rom. IV, 24.* Spiritus autem *Sanctus* seu vocet, seu illuminet, seu convertat, seu regeneret, Justificationem nostram intendit. Qvod uticum B. Lutheru*m* in *III. Symb. Art. Explicatione grati agnoscimus; sic eam in rem Verbo & Sacramentis utitur, qibus partus tanto pretio thesaurus, creditibus applicetur.* Hic instituti a Christo Ministerii *Luc. XXIV, 47.* hic *S. Baptismatis Zach. XIII, 1.* *I. Cor. VI, 11.* *I. Job. I, 6.* hic denique *S. Canis* finis est & effectus, ut peccatorum remissionem a DEO consequamur *Mattb. XXVI, 28. hoc,* inquit ipse, *est sanguis meus, novi foederis, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.* Quid multa? Paulus Justificationem cum salute ipsa connectit: *Justificati fide, pacem habemus cum DEO, propter Dominum nostrum JESUM Christum, per quem et habemus accessum ad gratiam illam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloria filiorum DEI. Rom. V, 1. 2. conf. VI, 22.* Nam quos justificavit, eos etiam glorificavit. *Rom. II X, 30.* Tanti ponderis, momentique est is, quo de disputamus *Justificationis articulus*, ut recte *Form. Conc. p. 63.* Hic, inquit, locus, pricipius est, in tota doctrina Christiana, sine quo conscientia perturbata nullam veram et firmam consolationem habere, aut divitias gratie Christi recte agnoscere posunt. Et quae eundem a Pontificiis corruptum, prius restituit, Lutherum puto, in *Præf. Comment.*

ad

ad Galat. *In corde meo, inquit, iste unus regnat arti-  
culus, scilicet fides Christi.* Ex quo, per quem, et in quem  
omnes mea diu no[n]lu[n]te flunt & refluent Theologicae  
cogitationes. Nec tamen comprehendisse me experior, de  
tanta altitudinis, latitudinis, profunditatis sapientia,  
nisi infirmas et pauperes quasdam primitias et veluti  
fragments. Idem etiam de me profiteor, cui volupe  
semper & jucundum fuit, piis de amplitudine gra-  
tiae & meriti Christi Servatoris, cogitationibus im-  
morari. Itaque cum jubear a SUPERIORIBVS  
doctrinæ qualiscunq[ue] Specimen Theologicum  
edere, de eo nunc argumento dispiciam: AN PEC-  
CATA SEMEL REMISSA, HOMINI RELAPSO  
DENVO IMPVTENTVR? qvod ut prospere mi-  
hi, feliciterque eveniat, DEVVM ardenter oro!

### THESIS I.

**D**EVS ex mera gratia, homini  
serio poenitenti, per et pro-  
pter Christum, fide apprehen-  
sum, omnia peccata plene perfe-  
cteque remittit.

\*Enθesis.

#### §. I.

**C**Um Solus DEUS is sit, in quem ultimato pec-  
catur, *Psal. LI, 6. 15.* hinc etiam Solus debitum,  
in Justitiam ejus impingens, remittere potest *Exod.*

XXXIV, 7. Psal. XIX, 13. XXXII, 5. CIII, 3. 12. Ef. XLIII. 25.  
XLIV, 22. LIII, 12. Jer. XXXI, 1. 34. L, 20. Mich. VII, 18. 19. Dan. IX,  
24. Sir. II, 13. Matth. IX, 2. Marc. 7, 7. Luc. V, 21. VII, 49. ut  
adeo non erraverint Pharisei profitentes, Solum Deum re-  
mittere posse peccata Marc. II, 7. neque hoc nomine a Chri-  
sto ipso reprehensi fuerint. Interim ubi Deus, ceu causa effi-  
ciens principalis, peccata remittere dicitur, fateor, Eundem  
non eodem semper titulo ac nomine insigniria Theologis.  
Etenim B. Hulsemannus in Breviario extenso C. XI. tb. 3. *Ca-  
usa*, inquit, efficiens principalis *Justificationis est Deus hominigratiosus* Jes. XLIII, 25. Ego deleo iniquitates tuas propter me-  
ipsum, & non recordor peccatorum tuorum ; additque locum  
Ephes. II, 4. 5. Deus, quid dives est in misericordia, propter mul-  
tam charitatem suam, qua dilexit nos ; etiam nos quum in offen-  
sis mortui essemus, una vivificavit cum Christo, cuius gratia estis  
servati. B. autem Dannhauerus Justificationem ita definit :  
Hodosoph. Phænon. IX. p. 880. edit. 2. *Est justificatio mu-  
tatio moralis, una, indivisibilis, in quacoram Deo judice irato,  
sed placabilis, homo reus, accusatus &c. absolvitur.* Ubi quæ  
de Judice irato posuerat, mox ita explicat : *Est Deus ignis con-  
sumens, maiestatis inaccessus ad cuius conspicuum nihil consistere  
potest, nisi quod est purissimum defecatisimumque : postulatis,  
ut creditor, Solutionem debiti, ad ungarem, punit peccatum ut  
Iudex -- Sed & placabilis : qui, quem jus damnat, ex gratia  
absolvit.* Hulsemannus proinde Deum remittere peccata  
statuit, ut est homini *gratiosus* ; Dannhauerus, ut est *iratus*,  
*et si placabilis.* Quorum ut concilientur sententiae, melio-  
ris doctrinæ causa distingvimus, inter causam *remotam*, *pro-  
pinquam*, *proximam*. Fundatur distinctio in tribus *momentis*,  
que circa procurandum salutis humanae negotium, insinuat  
Scriptura. *Primum* est post lapsum, ante redemptionis de-  
cretum ; *alterum* post redemptionis decretum usque ad exe-  
cutionem erga hominem lapsum, & in ipso ; *tertium* ipsius  
executionis, qua verbum reconciliationis ut Apostolus vocat,  
annunciat, & gratia Christi offertur. In primo momen-  
to

to Deus justus judex homini est iratus, sic tamen, ut sit placabilis, & ad reconciliationem cum homine inclinet; homo autem iræ divinæ subjacet, ceu æternæ condemnationis reus, miserationis divinæ capax, sed nondum eam consecutus. In secundo momento Deus deprehenditur non modo ut justus Judex iratus, et si placabilis, sed & jam misericors aeternus mundumque adeo diligens, ut filium suum unigenitum illi det redemptorem. *Job. III, 16.* homo autem non tantum ceu miserationis divinæ capax sed & a Deo misericerte aeternus, amore scilicet generali, quippe cui media salutis recuperandæ, jam dum sunt destinata, attenditur, & si de cetero per nature profunda corruptionem maneat hostis Dei & impius. *Rom. V, 6. 8. 10.* In tertio demum momento, Deus non tantum Redemptorem mundo destinat, sed destinatum etiam cum Justitia & Satisfactione per verbum ad fidem generandam efficax offert: Homo autem verbi efficaciam admittens, bona in eodem oblata recipit, firmaque sibi fiducia appropriat. His observatis, quod Theologos conciliare queamus constat. *Dannhauerus* spectavit Deum sub momento primo & ut causam principalem Justificationis remorat: *Hüsemannus* eundem spectavit sub momento secundo & tertio, aeoque ut causam justificationis efficientem propinquam, vel etiam proximam.

§. II. Ceterum quæ huc usque de Deo, ceu causa Justificationis principaliter a nobis sunt disputata, de omnibus in Deitate personis accipiuntur, necesse est. Preterquam enim, quod opera divinitatis ad extra sunt indivisa, ipsa etiam Scriptura singulis speciatim personis remissionem peccatorum assignat. *Patr. quidem Rom. VIII, 33.* *Dens est, qui Justificat,* quo loco Patrem intelligi oportere liquet, siquidem de illa persona loquitur, quæ proprium habet Filium; *Filio autem Ies. LIII, 11. cognitione sui, Justificabit justus servus meus, multos.* *E Coll. III, 13.* *Sicut Christus condonavit vobis; ita & vos.* Denique *Spiritu Sancto i. Cor. VI, 11. abluti, Sanctificari, Justificari estis in nomine Domini Iesu, & per Spiritum Dei nostri.* Ne quid de illo adjiciam, dilectionem mundi, toti Trinitati

com-

communem esse, & in Sacramento Baptismi, quod inter me-  
di: iustificationis nostræ est Tit. III, 5.7. omnes in nomen Pa-  
tris, Filii & Spiritus Sancti baptizari.

§. III. Qvod ipsum uti ab omnibus iis facile concedi-  
tur, qui Trinitatem personarum agnoscunt; Sic multum de  
illo contenditur in Ecclesia, utrum potestas remittendi pec-  
cata, etiam Christo secundum humanam naturam conveniat. Ne-  
gant quippe Reformati in Admonit. Neostad. c. IIIX. p. 255. it. in  
Coll. Mompelg. p. 255. nec non im lürzen Bericht der Reformirten  
Kirchen in Preussen. conf. Piscator in Apol. c. Röder. pag. 458.  
Sohnius in Exegeſi A. C. p. 447. Alting. LL. CC. p. 326. Wendelin.  
L. i. Chriſt. Theol. c. XVI. p. 267. Qvibus omnibus unicum  
illud opponimus Matth. IX. 6. *Filius hominis habet potestatem*  
*in terra remittendi peccata.* Qvo in loco Servatorem, de se,  
non solum ut Deo, sed & qua homo est, loqui, sonora voce te-  
statur, dum (1.) dicit: *filiuſ hominiſ habere potestatem,* (2.)  
habere eam *in terra.* in statu humilationis & terrenæ conver-  
ſationis, & qvod (3.) Deum populus glorificat, qvod dedidet  
hanc potestatem, & quidem (4.) *hominiſ*, humanæ nim-  
rūm Christi naturæ. De qua haec singula accipi oportere  
comprobat generalis orthodoxæ antiquitatis regula Arianis  
opposita: *Quacunq; Scriptura dicit in tempore data esse Chriſto,* illa de persona Christi intelligenda sunt, non secundum Deita-  
tem sed secundum assumptam humanitatem. Rationem reddit  
Vigilius L. V. c. Eutychen: *quia diuina natura non indiget hono-  
ribus sublimari, dignitatis profectibus augeri, potestatem Celi &*  
*terre obedientie merito accipere;* Secundum carnis igitur natu-  
ram illa adeptus est, qui secundum verbi naturam nihil aliquando  
equit. Addo, Christum remissionem suo sanguine acquisi-  
visse I. Jo. I. 7. *Sangvis enim Iesu Chriſti, filii Dei mundat nos ab*  
*omni peccato* & Matth. XXVI, 28. ipse ait: *Hoc est sangvis*  
*meus novi fæderis, qui pro multis effunditur in remissionem pec-  
catorum.* conf. Aet. XX, 28. quidni ergo etiam ut homo, bene-  
ficium pretiosum sanguine acquisitum i. Perr. I, 19. in homines  
conferret? Damus tamen, hanc potestatem competere  
Christo

Christo homini, non ex se aut per se, qua homo est, sed per & propter unionem personalem & quia homo est, in unitate personæ Filii Dei subsistens. quo de vid. Chemnit. de duab. Natur. c. 24. ir. Schröder. de Communicat. Idiom.

§. IV. Ceterum ut idem hic Ministerium reconciliationis inter homines instituit n. Cor. V. 18. sic Eisdem potestatem remittendi peccata liberaliter indulxit Job. XX. 21. Ubi raman distingimus inter potestatem remittendi à devtrum, seu à vocatione, & ministerialem seu διανοιαν. Illa nulli hominum, sed Soli Deo competit Marc. II. 7. Matth. IX. 6. Hæc Ministeris Ecclesiæ, qui peccata remittunt ex gratia Dei, per illos operante, tribuitur.

§. V. Causa remissionis impulsiva est, gratia, non gratum faciens, quatenuscum habitu charitatis unum constituit, ut Bellarm. c. IV. de grat. & Lib. arb. & L. de Grat. cap. 3. docet, cuius ubiorem explicationem Gregorius de Valentia T. II. Disp. IIX. qvæst. p. 1. exhibet, nec non Beccanus in Disp. de auxiliis gratia, in quantum per & propter eam coram Deo justificemur. Conf. Concil. Trid. Sess. VI. 12. a quibus parum abeunt Sociniani, Arminiani & alii qui Justificationem nostris operibus tribuunt: Sed est gratia, gratis absolvens a peccato & pena Rom. III. 24. Ad. XV. 10. Rom. IV. 16. V. 15. 17. 21. XL. 5. 6. Gal. II. 21. V. 4. Eph. I. 5. 6. 7. 11. 8. Tit. III. 7. non tamen absolute, sed in respectu ad Satisfactionem Christi, quippe sine qua nulla peccatorum remissio potest contingere. Matth. XXVI. 39. Ebr. II. 10. IX. 22. Neque enim gratia Dei cum Christi Satisfactione pugnat, ut Catechismus Racoviensis c. VIII. qv. 15. & Socinus L. de Serv. Christ. P. II. c. 2 f. 320. & Osterod. P. III. c. Tradel. putant; sed potius Satisfactionem remissionem peccatorum illustrat & confirmat. Siqvidem (1.) remissio peccatorum non opponitur Satisfactioni Simpliciter, sed solum nostra, ac propriæ (2.) Gratia Dei & redemptio filii manifesto conjunguntur, Rom. III. 24. Justificamur gratias, hoc est, gratia ipsius per redemtionem, factam in Christo, conf. Eph. I. 6. 7. Enimvero (3.) Satisfactione Christi est effectus misericordie

dix divinæ *Io. III, 16.* Sic Deus dilexit mundum &c. *Rom. V, 8.*  
*Christus pro nobis mortuus est,* cum adhuc peccatores & inimici  
essamus it. *Gal. II, 20.* conf. *i. Jo. IV, 9.* & (4.) fundamentum re-  
missionis in merito Christi residet, ac non nisi per & propter  
Christum nobis contingit. *Electi enim sumus in Christo Eph. I, 4.* in ipso benedicimur v. 3. in ipso grati & accepti reddimur v. 6.  
in ipso habemus remissionem per sanguinem ejus, remissionem pec-  
catorum v. 7. in ipso justi sumus u. *Cor. V, 21.* in ipso denique Sal-  
vamur *Act. IV, 12.* Igitur per particulam gratis omnis quidem  
dignitas, opus & meritum, respectu nostri, nunquam  
vero Satisfactio & meritum Christi excluduntur.

*§. VI. Subiectum recipiens remissionem peccatorum*  
est *solum* homo exclusis Angelis. Boni quippe non indigent:  
ad malos non pertinet. Deus enim Angelis peccantibus non  
pepercit, sed in tartarum detrusos catenis caliginis tradidit, da-  
mationi servatos u. *Pet. II, 4.* & quemadmodum nuspia  
Angelos assunxit *Ebr. II, 16;* sic etiam nuspia pro illis satis-  
fecit, quo posito spes omnis conseqvendæ venie est præcisa.  
Qvod contra *Origenem* & non nullos ex antiquioribus nota-  
mus. Qibusc se post *Lollardum Waltherum, & Gvil. Postellum,*  
exploratæ impietatis hominem, hodie *J. G. Petersenius* in  
tract. de æt. Evang. & *M. G. Arnoldi* adjungunt Vid. *hujus He-  
resiol. L. III, 3.5. XIV, c. 3. n. 2. it. XVI. c. 22. 12.*

*§. VII. Neque tamen ad solum, sed omnem quoque ho-*  
minem tantum beneficium pertinet. Qod etsi scena suæ  
inservientes Reformati negent, & ad *Electos* solos restringant,  
utpote *Calvinus L. III. Inst. cap. 22. §. 11.* *Beza resp. II. ad act.*  
*Mompelg. pag. 147. 163.* *Zanchius*; *Piscator* e Recentioribus  
*Jansenius*, *Maccovius*, *Altingius*, *Maresius*, *Voetius*, *Wendelinus*  
*Synt agm. p. 297. membr. 8. it. Confess. Gal. a. XII. Anglic. a. XVI.*  
*Acta Syn. Dordr. a. XVI. Canones Dordr. c. 1. Can. 6. 7. 8.* tamen  
gratia divinæ & meriti Christi universalitas, seria etiam Ser-  
vatoris ad tantum beneficium amplectendum invitatio  
*Matth. XI, 28.* nostram facile confirmat sententiam. Quæ  
tamen ad applicationem, & actualem collationem extendino-  
lim;

lim; hic enim ut seria peccatorum agnatio, & vera in Christum fides accedat, necesse est. Hinc non omnes promiscue homines, sed serio penitentes in thesi subiectum hujus capax innuimus. Hic autem multa nostris est disputatio cum Pontificis de partibus penitentiae, quas illi tres numerant: contritionem cordis, confessionem oris & Satisfactionem operis. Ubi per satisfactionem speciatim intelligunt opera indebita, quae post absolutionem impotuntur reconciliatis, quod quidem fieri dicunt si poenas & flagella divinitus immisla patienter ferant, opera laboriosa sponte assumant, & mulieram Sacerdotum arbitrio injunctam, subeant. *vid. Bellarmin. L. IV. de penit. cap. IV. & Coster. in Encir. c. II. ex concilio Trident. sess. I. c. 9.* quae, quam frivola sint, dudum est demonstratum a nostris. Deus enim sponte, ex pura puta gratia poenas peccantibus remittit: ad hæc, penæ ille a Deo immisæ non sunt actiones, quomodo ergo haberi pro Satisfactionibus possunt? Cumque Deonon posit satisfieri operibus debitis & ab ipso preceptis atque prescriptis, multo id minus fieri operibus indebitis & humana auctoritate electis, quibus se frustra coliteſtatur *Dens Matib. XV. 9.* Ut autem Sacerdotes & Ecclesia Ministri, mulieras poenitentibus & reconciliatis imponant, ejus rei nec potestatem accepere a Christo, nec ullum vel exemplum vel mandatum allegare poterunt e Scripturis. Doctrina quoque hæc *Evangelium* transformata in Legem, Christique Satisfactioni derogat, utpote qui *absolutionem non persolutionem* peperit nobis & acquisivit. Ne quid addam de multis, quibus hæc se se implicat, opinio absurditatis; quas videsis a *B. D. Eckardo adduſtas I. III. Disp. Giffenſ. p. 159.* Nos S. literarum ductum secuti, duas penitentiae partes *contritionem* nempe & *fidem* statuimus. Uti enim duo sunt doctrinæ Cœlestis capita *Lex atque Evangelium*; sic duæ quoque sunt partes seria ad Deum conversionis. Ex lege contritio, ex Evangelio fides. His quoque duabus partibus, continetur summa totius predicationis Johanniticae *Marc. I. 15. agite penitentiam & credite Evangelio*, easdemque sub

Schemate vini & olei *Luc. X, 34.* insinuavit Servator, acer qvipe est vinum sed leniens oleum ut *B. Gerhardus* loquitur. Inde etiam *Ambrosius de Penitentia c. X.* infunde, inquit, vinum & oleum, non vinum sine oleo, sed quod & voeat & remordeat. Has vero partes seu quis *integrales* seu *essentialis* dicere velit, perinde existimamus. Constat de cetero sententiae hujus veritas ex *Marc. I, 15. Luc. XXIV, 47.* add. *I. Sam. II, 6. Psal. CXIX, 18. CXIX, 28. Matth. XI, 18. Jer. XXIX, 21. LVII, 15. Hof. IX, 1.* qvibus in locis per mortificationem, percusionem, castigationem &c. contrito: per vivificationem vero, sanationem & refectionem &c. fides in Christi merito requiescens, exprimitur. Eadem in vere penitentium exemplis animadvertisimus, utpote *Protoplastis Gen. III, 8. Davide II. Sam. XXIV, 10. Fœmina peccatrice Luc. VII, 48. 50. Publicano cap. XII, & alii.* Et si autem contritionem, una cum fide poenitentiam ingredi arbitramur, huic tamen potiores, in attingendo effectu salutari, partes, tribuimus. Datur enim contritio secundum mundum prorsusque extialis, non alia de causa, quam qvam cum fide combinata non fuit: qvacum simul ac conjungitur, incipit esse salutaris. Itaque si qui in Scripturis salutares de poenitentia enunciantur effectus utpote remissio peccatorum *Psal. XXXII, 5. Luc. XIIIX, 14. donatio ac habitatio Spiritus S. Es. LVII, 15. Act. II, 18. liberatio a pœnis temporalibus, aut minimum earundem mitigatione Jer. XVII, 7. 8. Jon. III, 10, immunitas a condemnatione Rom. IIX, 1. Salus gratia & gloria Rom. IV, 7. 8., hi omnes respectu fidei Christum apprehendentes sunt intelligendi, qua sine impossibile est placere Deo *Ebr. XI, 6.**

§. VII. Hac etiam fides est causa remissionis peccatorum organica, & unicum illud medium, quo gratia Dei in Christo Jesu, per qvam justificandi sunt homines, nobis applicatur. Evidem de fide justificante, non eadem semper omnium sententia fuit, & multi sunt hoc tempore, qui de illa sic disputatione, qvam nihil sit aliud quam obedientia mandatis Dei exhibita, aut vita Christi imitatio & quoddam in affectus peccatorum nosos

*nosor dominium vid. Author pestilentiss libelli de Indiff. Relig. S. 8. p. 8.* Qvæ qvidem ex *Seb. Frankii*, *Weigelii* & *Qua-kerorum* Scriptis defumta esse docuit nos *Dn. D. Praes* in *Schola Antifanaticis Art. de Justif. Qu. III.* Neqve vero nos negamus vel *Charitatem* cum fide oportere *concurrentiam* esse, vel etiam *fidem* nonnunquam obedientiam in Sacris literis *appellari*; formaliter autem eam in his talibus consistere negamus. Etenim obedientia, Charitas & imitatio Christi in *bonis* sine dubio *operibus* consistunt & conseqventer *ex lege* sunt: Fides autem & *Bona Opera* perpetuo sibi opponuntur in Scripturis, nec *fides* *ex Legi*, sed *Evangelio* est petenda. Ad hæc ceu *electionis*, *adoptionis*, *purificationis cordis*, *pacis conscientie*, *vite*, *salutis* &c. causa, in Scripturis adducitur 2. *Theff. II.* 13. *Jo. I.*, 12. *Aet. X.* 43. *XV.* 9. *Rom. V.* 1. *Jo. XX.* 31. 1. *Per. I.* 8. qvod quam non posit charitati vel obedientiae nostræ tribui per se liquet. Abstineamus igitur a *recocta Anabaptistarum* sententia, & persistamus in iis, qvæ ex Scripturis didicimus. Hæc enim tres fidei vel *gradus* vel *partes* assignat: *notitiam*, *affensem* & *fiduciam*. Qvas eleganter complexus fuit Apostolus 2. *Tim. I.*, 12. *scio*, inquit, *cui credidi*, (en *notitiam*) & *persensus* sum, (hem *affensem*) *quod potest depositum meum servare in illum diem, bino* (qvod ex præcedentibus supplendum) *non confundar* (habes fiduciam.) Speciatim *notitia* innuitur *Jes. LIII.*, 11. *Jobi XIX.*, 25. *Ebr. XI.*, 3. *Acto. XIX.*, 8. unde etiam homo fidelis dicitur *intelligens*, *illuminatus*, *sapiens*, *Eph. V.*, 18. *Affensus traditur Ebr. IV.*, 2. ubi *κρατει της αισθησης της λογιας* appellatur. Et sane credere secundum *Augustinum* est, cum *affensu cogitare Lib. de Prædest. Sanct. c. 11.* *Fiduciam ad fidem justificantem pertinere Pontificis* negant & in *Concil. Trident.* *Seff. VI. can. 12.* satis audacter definitiunt: *Si quis dixerit, fidem justificans nihil aliud esse, quam fiduciam divine misericordie, remittens peccata propter Christum, vel eam fiduciam solum esse, anathema sit.* Qvæ ipsa calculo suo *Bellarmino* probat de *Justif. L. I. c. 7. & c. 5. l. c.* At vero fiduciam omnino esse fidei justificantis partem vel inde constat, qvod

Scriptura eam nominat πληροφορίαν Rom. IV, 21. Coloss. II, 2.  
Ebr. VI, 11. παρόπτειαν Epb. III, 12. Ebr. III, 6. 1. Jo. II, 28. ὑπό-  
στασιν & ἔλεγχον Ebr. XI, 1. Denique V. & N. Testamenti  
collatio id probat, nam quae in V. T. confidentibus & fiducie,  
eadem in N. T. credentibus & fidei tribuuntur. Sic: quod  
Psal. XXXI, 1. dicitur, *in Domino confido, non confundar, id*  
*Rom. X, 11.* Apostolus sic exprimit; *omnis, qui credit in Deum,*  
*non confundetur conf.* Psal. II, ult. cum Marc. XVI, 16. it. Ef.  
XXVI, 3. cum Rom. V, 1. it. Prov. III, 5. cum Act. IX, 37. nec non  
Psal. LXII, 9. cum Matth. XXI, 22. & Jac. I, 6. postremo di-  
ctum Christi Jo. XVI, ult. cum 1. Jo. V, 4.

§. IX. Hæc ipsa tamen fiducia idoneo & convenienti  
sufficiatur obiecto necesse est. Neque enim qualisunque  
fiducia, fidem justificante constituit, sed ea, quæ in Christum  
hujusque Sanctissimum meritum & Satisfactionem fertur. Hunc  
quippe Deus proposuit ἀλαζήνον Rom. III, 25. add. c. V, 10.  
1. Cor. II, 2. XV, 3. Col. II, 10. Jes. LIII, 56. *Hic liberavit nos ab*  
*omnibus inimicis nostris* Luc. I, 71. 74. maledictione legis, ira Dei  
ventura & aeterna morte Gal. IV, 5. 2. Theff. I, 9. Ebr. II, 14. 15.  
*Hic est finis Legis ad iustitiam omnicredenti Rom. X, 4.* Quid  
autem Christus meruit, id nobis meruit, non sibi. Er-  
go, quod legi etiam Dei exadmirabilem plenissimeque satisfecit,  
nostro bono fecit; et si Reformatos inter, Piscator & alii,  
Christum pro sua ipsis persona legem impleuisse docuerint. Cu-  
jus enim causa venir, id nobis ad Salutem cedat necesse est Matth.  
XX, 28. venit autem ut legem impleret Matth. V, 17. id ergo no-  
stra Salutis causa factum esse oportuit. conf. Rom. V, 19.  
Interim cum meritum Christi ad omnes pertineat, per fi-  
dem ut nobis illud ipsum appropriemus, opus est. Non  
enim fides, ut actus, aut opus nos iustos facit, sed intuitu  
Christi apprehensi & relative, ut loqui aint Theologi.  
Quotquot enim recipiunt Eum, his dar potestatem filios Dei  
fieri, quod Bellarminus ipse de fide explicat L. II. de gratia  
conf. Rom. V, 11. Gal. III, 14. Ebr. IV, 16. IX, 15.

§. IX. His autem observatis liquet non modo peccata  
remis-

*remitti, sed & iustitiam Christi nobis imputari.* Non quasi  
hi aëlis tempore sint distincti ; hujus enim respectu simul  
sunt : utienim ubi ornatur homo, uno eodemque tempo-  
ris articulo , & nuditas tollitur & corpus conveftitur; Sic  
uno eodemque tempore peccatum remittitur & iustitia  
imputatur: non etiam quasi realiter differant , Scriptura  
enim *Justificationem* promiscue, nunc per *remissionem pec-  
catorum* ut *Psal. XXXII, 1. Ador. X, 43. Ephes. I, 7. Coloss.  
I, 14.* nunc per *imputationem iustitiae Christi Rom. IV, 5. 6.* de-  
scribit, & hoc ipso quod Deus homini *iustitiam Christi impu-  
tat*, peccatum ipse non imputat, sed remittit : sed quia ceu  
*distincti* a nobis concipiuntur, ob diversitatem objecti : siquidem  
peccatum remittitur, non *iustitia* : invicem *iustitia*  
imputatur, sed non peccatum. *Conf. B. Gerhard. §. 198. p. 431.  
Carpzov. Isagog. p. 1300. B. Calov. in Exeg. A. C. Ari. IX, c. i. §. i.  
Lobach. in A. C. Art. IV. Difp. VII. th. 39. p. 151. Hutterus in LL.  
p. 475. a.*

§. X. Ipsum vero peccatum, cum variis considerari  
posit rationibus, quo respectu remitti dicatur in *Justificatio-*  
*ne*, paucis videbimus. In omni nimirum peccato, aliud  
est *materiale*, habitus, inclinatio, concupiscentia, studium,  
opus &c.; aliud est *formale*. Et hoc posterius iterum est vel  
*absolutum*, vel *respectuum* in relatione ad hominem. Illud  
est *avulsa* seu illegalitas , & pugna cum lege Dei ; hoc est  
reatus seu obligatio debitum sustinendi poenam. *Priori*  
modo si consideratur , *avulsa* est ipsa ejus forma, *reatus*  
vero proprietas & affectio ejusdem ; *posteriori* modo ipsum  
peccatum seu *avulsa* *materiale* est, *formale* vero est *reatus*.  
Peccatum enim attenditur ut ens concretum ac reans, seu  
reum faciens ; sicut ergo in omnibus entibus concretis acci-  
dens ipsorum forma est; ita & peccati forma est *reatus*.  
Hic *reatus* denuo est vel *culpe* vel *pene*. Posterior ex priori  
oritur: *Ille* est qui personam affectit & maculavit , unde  
& *attivus* nonnunquam dicitur: *Hic* vero est, quam per-  
sona meretur ob maculam , unde & *passivus* ab aliquibus  
appel-

appellatur. Jam in Justificationis actu peccatum remitti-  
tur, non ut non sit, & factum infeluum sit, sed ut non imput-  
etur. Tollitur reatus culpa non a peccato, sic ut evocatur  
sit evocatur: ab hoc enim reatus est inseparabilis, & hoc  
ipso, quod quid avarus est, reatum & culpam attrahit; sed  
a peccatore, ita ut reatus quo ante premebatur, ab eodem  
removeatur per gratiam, & remittatur culpa non secus ac  
debitori debitum ab alio solutum remittitur ut pro debiti-  
tore non amplius habeatur. vid. omnino B. Carpov. in Isa-  
agog. ad LL. Symbol. p. 164. sq. Reatu culpa sublata, plene quo-  
que reatus cessat. Proprie enim dicta pena, habet relatio-  
nem ad culpam. Hac igitur sublata, tollitur quoque pena.  
Negat hoc ex Pontificis Bellarminus, qui L. IV. de penitent.  
cap. 2. remissa inquit culpa, non semper remittitur debitum pa-  
nia. Conf. Concil. Trident. Sess. X. c. 14. & sess. XIV. c. 12. de pa-  
nis. Verum ipsem sibi contradicit Bellarminus L. V. de  
amissione grat. & stat. peccat. quando expresse ait: Donec  
reatus non sit remissus, nungquam dicitur plene & perfecte pec-  
catum remissum, cum non solum culpa, sed & omnis pena fue-  
rit remissa. Conf. B. Gerhardus LL. TT. p. 615. §. 125. Et sane,  
si dicendum quod res est, pugnat hoc ipsum cum omnibus  
illis Scriptura locis, in quibus peccata plene perfecteque  
nobis remitti insinuantur, ita quidem ut penitus eadem a  
facie Dei abscondantur Psal. XXXII, 1. Mich. VII, 19. deleantur  
Ez. XLIII, 25. mundentur Ezch. XXXVI, 25. abluantur Psal.  
II, 4. tegantur Psal. XXXII, 21. purgentur Proverb. XV.  
removeantur. Quid? quod Apostolus diserte affirmat:  
nullam esse condemnationem in iis, qui sunt in Christo Iesu  
Rom. IIX, 1. quo ipso omnis & culpa & pena reatus exclu-  
ditur. conf. Eph. V, 3. Ies. LIII, 5. Gal. III, 13. Ubi tamen di-  
stingendum est inter actum condemnationis, & inter qualita-  
tem subjecti; aliud enim est, nihil esse condemnatione dignum in credente; aliud nullam esse condemnationem. De ho-  
mione justificato posterius affirmatur, non prius.

§. XI. Plene igitur perfecteque homini propter Chri-  
stum

itum peccata remittuntur. Qvia vero Deus non iuste  
& contra Legem absolvit peccatorem; ideo propria iustitia  
perfecta destituto , per fidem imputat iustitiam Christi;  
ita ut per illam coram tribunal ejus constituantur justus , ac  
præmūs iustitiae dignus , perinde , ac si ab illo p̄fēcta esset  
*Rom. V, 17. 18. 19.* Nam, ut recte *B. Gerhardus* monet *T. III.*  
*p. 1033:* cuicunque propter Christum , fide , datur remissio pecca-  
torum , illi eo ipso perfecta Christi iustitia imputatur , h. e. pro-  
pter Christum condonatur , quod commissum , & imputatur , quod  
omissum . Pontifici ad justificationem tria requirunt : dispositio-  
nem iustitiae infusionem , & peccati expulsionem : illam esse merito-  
riam secundum congruum ; in ista consistere iustitiae formam ;  
qvia ob eam peccata expellantur , & nos justi constituamur ;  
meritum Christi autem saltem meritorie justificare , qvia pro-  
meruerit charitatem , qva justificemur : nec justificare fidem ,  
per modum instrumenti , sed duntaxat dispositive & præ-  
parative . vid. *Bellar. L. II. de Justif. cap. 2. & 3.* nec non *cap. 15.*  
*Disp. II. Coſterus in Enchir. a p. 261 usque 271.* *Becanus de Justif.*  
*c. III. q̄uest. 3. p. 373.* Accedunt *Socinus Lib. IV. de Serv. Chr.*  
*c. 1. seq. Smalcius contra Franz. pag. 104.* *Arminius in Resp. ad 31o*  
*art. f. 162. Episcopius Disp. XXII. tb. 4.* Nec ab ludunt *Fanati- ci* , qui per essentialē Dei iustitiam demittentem sese in homi-  
nes , ibique operantem , eosdem iustificari contendunt :  
*Imputativam* vero iustitiam perinde ut *Socinista* rident , scur-  
riliterque exagitant . vid. *And. Ostander. ap. Hartknoch. H. E.*  
*Pruten. L. II. c. 2. pag. 316. 317. it. Schwenckfeld vom dreysachen*  
*Leben c. 10. Weigelius P. I. Postill. p. 173. & P. III. p. 55.* *Jac.*  
*Böhme ep. 3. vom Wesen aller Wesen.* *E. Quakeris Barcl. in*  
*Apol. ad tb. VII. n. 6. pag. 134. it. Democritus, leu, quem delarva-  
tum, noscimus , Dippelius im Del und Wein p. 109.* Qui  
quidem omnes justificationem cum Renovatione & mystica u-  
nione confundunt , qvam , cum ad statum justificationis re-  
ferre deberent , ad alium imprudenter rejiciunt . Neque  
vero Christus id tantum nobis meruit , ut idonei simus ad  
omne opus bonum & veram solidamque charitatem & San-

C

timo-



dimoniam præstare queamus, quod Adversarii volunt; sed id qvoque, ut tota illius obedientia nobis applicetur per fidem: & tam vere per imputationem in eo evadamus iustitia, quam vere is pro nobis evasit peccatum. 2. Cor. V, 21. Etenim, ut nostra peccata sunt Christi, ita Christi iustitia vicissim est nostra: at nostra peccata sunt Christi per imputationem Ies. LIII, 6. Ergo etiam iustitia Christi est nostra per imputationem. Quid multa? Iustitia fidei opponitur proprie Phil. III, 8. 9. Justificamur enim non habentes iustitiam propriam; sed iustitiam Christi per fidem l. c. hoc est, iustitiam fidei imputatam Rom. IV, 5. 6. Ergo non justificamur per iustitiam inherentem vel propriam, sed alienam & imputatam. Contra essentialem vero iustitiam, per cuius in unione mystica communicationem nos justificari, Fanatici somniant, unum illud urgamus: quod nullibi per Iustitiam vel Patris, vel Spiritus S. sed solus Christi, legitimur in Scriptura justificari. Essentialis autem iustitia est omnibus personis in Deitate communis.

## THESES II.

**R**Emissionem peccatorum acceptam, sequitur in homine status gratiæ, continuationem Justificationis, unionem cum Deo, τὴν εἰότητα, pacem conscientiæ, spem & parrhesiam precum, totam denique renovationem, ambitu suo complectens.

Ex. 6.

"Εὐθεσίς.

§. I.

**V**OX *Justificationis* nunc *active*, nunc *passive* accipitur. Illo modo refertur ad DEum, & est actus homini extrinsecus, qui a parte rei est ipse Deus. Deus enim justificat, dum peccata nobis non imputat, vel dum nos censet ac reputat iustos, propter Christi meritum, fide apprehensum. Hic actus secundum rem a Deo ipso non differt, a nobis tamen ad modum actus concipitur, ob connotatum objetum: perinde ut scientia, vel volitio Dei, secundum rem a Dei essentia non differt; sed tantum secundum nostrum concipiendi modum: dum scilicet essentiam Dei cum objecto cognito concipimus, per modum scientiae, & cum objecto volito, per modum volitionis. Ubi autem *passive* sumpta ad homines refertur, notat beneficij illius receptionem & emersionem e statu reatus & irae, quod fit, cum homini a peccati tam originalis, quam actualis reatu liberato, imputatur fides ad justitiam Rom. IV, 6. 7. conf. B. Menzerus Ex. Aug. Conf. Art. IV. n. 4. tb. 8.

§. II. Hanc ipsam vero justificationem passive sumptam, & emersionem e statu reatus ac irae, excipit STATUS GRATIÆ, quo de, cum parce admodum in compendiis & Systematibus agatur, placet hoc loco paulo copiosius disputatione. Ac B. qvidem *Lysenus in Systemate*, quod ex p. 1531. & 1561. liqvet, appellat *confituationem in gratia*, monetque illam considerari posse, vel in se, vel ratione continuations. In se sumptam respicere partim Deum, qui justificando, adoptando &c. gratiam exhibeat, partim hominem, qui recipiat. Videtur tamen aliud esse receptionem in gratiam; aliud persistentiam in ea. Illa actum dicit; haec statum: illa fit in momento; haec saepe ad finem usque vita perdurat: in illa *passive* se habet homo, nec quicquam, praeter fidem, apprehensionemque rei oblate, confert; in hac & ipse aliquid agit, per vires in regeneratione acceptas: illa antecedit; haec sequitur: illa se ad-

instar cause; haec autem effectus habet: illa nullos admittit gradus; huic ob incrementa fidei & charitatis non repugnare videntur. Addo etiam distingvi oportere inter regnum gratiae & inter statum gratiae. Homo per vocacionem invitatur ad regnum gratiae, & simulac illuminari, convertique se patitur, intrat illud; nondum tamen versatur in statu, ut qui actum justificationis, vel in gratiam receptionis, consequitur.

§. III. Vox ipsa status hoc sensu ἔγγραφος non est, nisi quis forte hic trahere velit istud Ebr. IX, 8 ubi de tabernaculo dicitur, quod σάσω h. e. conscientiam haberit, seu perdurarit. Deprehenditur tamen quia rem in Synonymis & cognatis, & nunc per τὸ ἐστημέναι vel εἰσῆναι Rom. V, 2, XI, 20, 1. Cor. X, 12, XV, 1. 2. Cor. I, 24, nunc per τὸ στηκεῖν 1. Corinth. XVI, 13. Gal. V, 1. Phil. I, 27. cap. IV, 1. 1. Thess. III, 8; nunc per τὸ στῶν Col. IV, 12. insinuatur. Dicitur nonnunquam ὑπουργὸν τῆς ἀλπιδός, 1. Thess. I, 3. τήρησις τῆς πίστεως 2. Tim. IV, 10. καλὴ γένεσις 1. Tim. I, 18. σπηλιγμὸς 2. Pet. III, 17. Ne quid de aliis multo elegantissimis formulis addam, & phrasibus, quibus status gratiae in Scripturis exprimitur; cuiusmodi sunt: ambulare in Christo, sicut accepimus eum Col. II, 6. confirmari fide, sicut edocisti sumus vers. 7. dominari cum Deo fortis, vel viribus suppeditatis ita roborari & conformari, ut prævaleamus omnibus hostiis insultibus, ne avertamur a cultu Dei, sed in eo constanter perseveremus, & fideles simus usque ad finem vite: immotum esse, & non recedere a fide & pietate, (utcunque Satan, caro & mundus nos oppugnant) sed in eo constanter perseverare 1. Corinth. XIII, 5, 8. confer. Psal. CXXV, 1: manere in fide Acto. XIV, 22. Coloss. I, 23. in gratia Dei Acto. XIII, 43: retinere professionem, i. e. fidem quam profitemur Ebr. IV, 14 retinere spem professionis, non vacillantem. Ebr. X, 23: stabilitatem in omni ermone & opere bono, hoc est, confirmari & corroborari in iisdem, ita ut in eis constanter pergamus & per severemus Rom. I, 11. 2. Thess. II, 17: non desistere vel non frangi ulla afflictionibus; sed illis non obstantibus

bus ad finem usque perseverare *Jacob. I, 4.*: non vacillare,  
seu, constanter in pietate perseverare, & in statu suo  
persistere, nec spe sua excidere *Psal. XXVI, 2.* Ne quid ad-  
dam de pluribus, quas videlicet apud *Flacium in Clave, & Ravazz-*  
*nellum in Biblioth.* Ut adeo status gratiae summatum conser-  
vationem fidei & bone conscientie, b. e. gratiae justificationis &  
renovationis importet. *I. Tim. I, 19.*

§. IV. Auctor hujus status principalis est Deus, in quo  
sumus. *Phil. IV, 1.* & fortis sumus *Eph. VI, 10.* in quem credimus  
*Act. XIV, 23.* qui nos confirmat *I. Cor. I, 8.* cuius custodimur vir-  
tute *I. Pet. I, 5.* qui compleat omne opus fidei, & bonum bonitatis  
propositum, cum potentia *2. Thessal. I, 11.* & habiles nos reddit ad  
omne opus bonum *Ebr. XIII, 21.* qui denique auctor est omnis  
gratiae, adeoque etiam continuantis, & nos perficit, instaurat,  
fultic, roboret, stabilit *I. Pet. V, 10.* Is, qui promeruit, est Christus,  
qui Satisfactione & intercessione sua ut *justificationem, sic*  
*justificationis continuationem, nobis acquisivit.* Hic orat pro  
nobis, ne fides nostra deficiat *Luc. XXII, 32.* & ut Pater custodiat,  
sibi quos dedit, per nomen suum, precatur *Io. XVII, 11.* Hic ἀγ-  
κύρος καὶ τελεωτὴς εῖται πάτερ *Ebr. XII, 2. conf. VII, 24-25.*  
Hic, ne gratia excidamus, perpetuo interpellat pro nobis *Rom.*  
*IX, 34.* Ipse homo justificatus ad statum gratiae formaliter  
spectatum, nihil confert, opera quippe nostra nec gratiam  
Dei, nec nostram ipsorum fidem conservant. Virtute Dei cu-  
stodimur per fidem ad salutem *I. Pet. I, 5.* Si tamen is in tota  
spectetur latitudine, & cum annexis quibusdam, concurrit  
homo, non quidem ex se aut per se, sed per vires inregenera-  
tionis acceptas. Quorum etiam spectant adhortationes  
Scriptura, cum dicuntur: *vigilate, οὐχιτε, state in fide I. Cor. XVI,*  
*13. State in Domino Phil. IV, 2. State in libertate Gal. V, 1.* Sic  
Barnabas Antiochenos adhortabatur τῇ ἀρρέσει τῆς καρ-  
δίας περιπέμπειν τῷ κυρίῳ *Act. XI, 23.* & επιμένειν τῇ χάριτι τῇ  
Θεῷ *cap. XIII, 43.* & ἐμμένειν τῇ πάτερι *XIV, 22. Conf. Col. II, 5.*  
*6. 7. 2. Tim. III, 14. Ebr X, 23.* Speciatim, quod ad unionem  
mysticam attinet, *ipsi nos jubemur edificare, ceteri lapides vivi*

1. Pet. II, 5. & Christo invicem adhaeremus 1. Cor. VI, 16. preces  
qvoqve, a Spiritu S. tum excitati, tum adjutia ad Deum fundi-  
mus: sancteque vivendo vocationem nostram & electionem  
firmam facimus. 2. Pet. I, 10.

§. V. Media per qvæ status gratie introducitur, eadem  
sunt, qvæ iustificationis ipsius. Verbo enim & Sacramentis  
ordinarie Deus uitur, ad fidem non modo accendendam; sed  
etiam nutriti & conservandam. Stant enim in Evangelio,  
seu per Evangelium, fideles 1. Cor. XV, 1. quippe qvod est  
potentia ad salutem, omni credenti Rom. I, 16. & discessurus  
ab Ephesiis Apostolus, commendavit eos Deo & Verbo  
Act. XX, 32. conf. Matth. XXVI, 28. 1. Cor. XI, 17. 25. 28. Ex  
parte hominis nihil datur nisi fides. Ut enim per fidem  
omnes promissiones Evangelicae nobis applicantur; sic non  
nisi per fidem applicatio illa continuatur. Hinc dicimus sta-  
re τῇ πίστει Rom. XI, 20. 2. Cor. I, 24. ἐν τῇ πίστει 1. Cor. XVI, 13.  
custodiri ad salutem διὰ τῆς πίστεως 1. Pet. I, 5.

§. VI. Ex his liquet, qvod status gratiae nihil sit aliud,  
quam qvædam iustificationis continuatio & fluxus, vel gratia  
per Christum accepta continua per fidem fructus. Hanc ipsam  
tamen multa egregia Spiritus S. χαρίουμata & ornamenta  
sequuntur, qvæ status gratiae vel adjuncta vel concomitans,  
non incommodè dixeris. Ut enim actum iustificationis,  
vel receptionis in gratiam ex parte Dei multa præclara exci-  
piunt beneficia; siquidem Pater hominem iustificatum ad-  
optat: Filius eundem despontat, Spiritus S. inhabitat; sic sta-  
tum gratiae ex parte hominis multas secum felicitates trahe-  
re, per se patet. Has inter principe loco numeramus τὴν  
νοῖστρα, seu filiationem. Efti enim per naturam qvoqve &  
creationem Dei filii sumus, perinde ut Angeli Job. I, 3. mul-  
to tamen haud dubie nobilior est, qvi per adoptionis gra-  
tiā obtingit, filii status. Per illam bonorum temporariorum  
& corporalium: per hanc aeternarum & spiritualium parti-  
cipes reddimur Rom. IIX, 15. Hanc ordinis, non temporis ra-  
tione sequitur intima hominis ad Deum præsentia, qvam  
unionis

*unionis statum* appellare conservimus, quippe quam ipse  
Apostolus ex filiatione deducit *Gal. IV, 6.* Hec quanto  
cum jucunditatis, addo etiam utilitatis sensu conjuncta sit,  
inde liquet, quod ab ipso Christo inter efficacissima gratia  
divinae indicia & documenta refertur. *Jn. XIV, 23.* Etenim  
Christus per fidem intimè homini unitus suam passionem,  
mortem, resurrectionem, victoriam, vitam, iustitiam, jus re-  
gni, sacerdotii, totius denique filiationis cum eodem com-  
municat *Phil. III, 10. Col. III, 3. Eph. II, 6. Jn. XVI, 33. Gal. II, 20.*  
*Apoc. V, 10. 20. Rom. II, 14. 15. 17.* Accedit pax conscientiae  
cum Deo, ex ipsa justificatione promanans *Rom. V, 1. 2. sq.*  
*Rom. II, 15.* Etsi enim quotidie multifariam peccamus, &  
nihil nisi poenam meremur, tamen quia vel ignorari, vel affe-  
ctuum vehementia abrepti, delinqvimus, fide autem in Chri-  
stum nos erigimus, & ferio dolentes Dei gratiam implora-  
mus, Mediatoris interventione adjuti permanemus in gra-  
tia, adeoque venialiter peccamus, & pacem conscientiae cum  
Deo intemeratam, servamus. Hinc sequitur *Spes firma*, &  
parhesia precum, quam cum filiatione & unione mystica  
ardissime conjungit Apostolus *Gal. IV, 6.* Etenim ubi per  
fidem cum Deo reconciliati & in filios adoptati sumus, omnis  
generis bona magna cum confidentia oramus juxta & exo-  
ramus a Deo. *Ebs. IV, 15. Rom. II, 15. Jn. I, 5. 6. 7.* Gemina  
quippe est *fides*, fidei & spei, quod liquet ex *Rom. II, 24.* Fi-  
dicia *fidei* est de bono praesenti, seu quatenus praesenti, non  
alieno, sed ad se pertinente: *Spei* autem fiducia bono qui-  
dem pariter adhaeret, sed non nisi futuro, & quatenus est fu-  
turum. Illa ingreditur *Justificationis altum*, daturque in ho-  
mine, quando in promissiones Evangelicas pleno assensu  
fervit, oblatum in iis Christum, cum omni suo merito, fir-  
miter apprehendit, ejusque intuitu receptum se esse in gra-  
tiam, perfaustissimum habet. haec ad *statum justificationis*  
pertinet, ubi nimis homo, memor, habere te Deum pla-  
catum, Patremque in Cœlis benignum, magna cum confi-  
dientia ad thronum illius accedit, & omnis generis bona,  
corpo-

corpori juxta & animæ salutaria , utpote incrementa fidei,  
spei, charitatis, prosperos consiliorum eventus, bonam va-  
letudinem, gratiam superiorum &c. expetit a Deo piis & ar-  
dentibus precibus, certissimeque illa sibi eventura esse, confi-  
dit. *Ebr. IV, 16.* Denique tota hoc spectat *Sanctificatio*, per  
qvam renovamur spiritu mentis nostre, novumque indui-  
mus hominem, conditum secundum Deum in iustitia &  
sanctitate *Eph. IV, 23.* h. e. viscera miserationum, comita-  
tem, modestiam, mansuetudinem, lenitatem; & sustine-  
mus nos invicem, ac super omnia induimus charitatem, ceu  
vinculum perfectionis, denique qvicquid agimus, sermone  
aut facto, agimus in nomine Domini Iesu, gratias agentes  
Deo & Patri per ipsum; interprete Apostolo *Col. III, 9. 12. 13.*  
*14. 17.* Etsi enim per bona opera nec gratia Dei nec fides  
conseretur, sed gratia per fidem, fides per virtutem ipsius  
Dei *i. Pet. I, 5.* tamen *in & cum* bonis operibus conservatur  
fides & gratia Dei. Mala vero opera totum gratiæ statum  
possunt evertere, qvod ne fiat, homo per renovationis sancti-  
moniæque studium, adeoque removendo ea, qvæ statum  
gratiæ fuerant corruptura, dat operam.

### THESES III.

**E**X hoc tamen homo per pec-  
cata mortalia prolabi, non mo-  
do totaliter, sed & finaliter potest.

*Exthesis.*

§. I.

**S**TATUI opponitur *Lapsus i. Cor. X, 12.* qui consideratur vel  
in oppositione ad statum *natura*, quo sensu notat pri-  
mum primi hominis peccatum, coniunctum cum amissione  
gratiæ Dei & concreatae imaginis divinæ ut *Rom. V, 15. 17. 18.* ;  
vel

vel in oppositione ad *statum gratiae*, & sic denuo sumitur vel  
pro peccato *infirmitatis*, qvi nonnullis simpliciter *lapsus* di-  
citur, ex *Iac. III. 2.* vel pro peccato *malitiae*, ut *Ebr. VI. 6.* qvi  
nonnullis *prolapsus* appellatur. Hoc sensu attenditur in  
presenti. In Scripturis exprimitur per ἐκλέψων τῆς πίστεως  
*Luc. XXII. 32.* naufragium fidei i. *Tim. I. 19.* *V.* 12. παράπτω-  
μα *Rom. XI. 11.* per τὸ πάτερνον *Ebr. IV. 11.* ἐκπίπτεν τῷ ιδίῳ  
σημεῖῳ 2. *Pet. III. vers. 17.* παρεπιπτεν *Ebr. VI. vi. 6.* πτωσιν  
2. *Pet. I. 10.* &c. *Prolapsus* ipse alius est *totalis*, quando ni-  
mirum qvis in solidum excutit Spiritum S. & fidem, seu id  
fiat *ad tempus*, ut in *Davide*; vel in *perpetuum*, ut in *Saulo*:  
*Finalis* est, quando qvis non tantum perdit totaliter grati-  
am, sed & nunquam recuperat. Omnis proinde *finalis*, est  
sumul *totalis*, sed non vice versa: cum etiam totaliter pro-  
lapsus recipere fidem & gratiam Dei per seriam poenitenti-  
am possit. *Ille* esse Renatorum, qva talium. *Renatorum* qvi-  
dem, qvia irregenitus, negative talis, non tam gratia exci-  
dit, qvam nunquam in illa fuit: In quo enim qvis nunquam  
stetit, ex eo *prolabi* nequit; *quatacum* vero, qvia renati exi-  
stunt ex fide prelenti, non attendendo utrum eam sint  
retenturi, an amissi finaliter: *bic* autem est renatorum  
*Reproborum*, h. e. eorum, qvi evidem recepti fuerunt in  
gratiam, in ea etiam steterunt, tamen ipsorum culpa ex ea-  
dem ita prolapsi sunt, ut ob finalem impenitentiam nunquam  
recuperaverint. *Utrumque de renatis* negant Reformati.  
*Reprobos* qvippe fingunt, nunquam esse posse per fidem in *statu  
gratiae*, adeoque nec ex eodem *prolabi*: Sicubi in Scripturis  
testimonium fidei iisdem tribuatur, utpote Simoni Mago  
*Act. IIX. 13.* id fieri per κατάχεσθαι: umbram qvandam fidei,  
vel imaginem dari in illis, fidei appellatione indignam, ut  
loquitur *Calvinus in Inst. L. III. c. 2. n. 10. p. 338.* Electos au-  
tem Spiritum S. & fidem non modo non *finaliter*, sed ne  
*totaliter* qvidem amittere posse, ob absolutum electionis de-  
cretum. Sensum qvidem fidei ab iisdem amitti posse, si-  
dem ipsam non posse. *Voluntatem* qvippe perseverandi nun-

quam cessare in electis , et si aetlus ipse nunc intensior sit,  
nunc remissior. Hinc Sturmius in Diatribe de Predest.  
pag. 105. Aliud , inquit ; est πίπτειν aliud εκπίπτειν , illud  
damus , hoc negamus in Sanctis. Ursinus in explicat. Cateches.  
pag. 415. Atcum quidem secundum amitti posse , ait , sed  
non primum. Qvod idem illustrat similitudine ignis sub ci-  
nere latens. Beza vero in Colloq. Mompelg. p. 308. Ele-  
ctum prolapsum cum ebrio comparat , qvi rationem non  
admittat , et si quam diu durat ebrietas , eadem fesse non exer-  
rat. Conf. Decretum Synodi Dordr. Punctio V. Art. 6. p. 370. &  
alii , magno numero allegati in fundam. Deduct. Theol. Darm-  
stadt. f. 268. & 269. Non multum ab hac opinione desle-  
ctunt Fanatici , qvi tam perfecte animam hominis renati re-  
colligi , reducique in Deum posse , statuunt , ut nec velle , nec  
nolle amplius habeat. Omnia proinde absque peccato fa-  
cere posse , aut si quid commississe videatur , ad hominem  
tantum externum , & corpus referri oportere ; nam ad Spi-  
ritum ipsum , animaque fundum non penetrare. Sic Ori-  
genista cavillabantur . Sanctos in Scriptura alienam repræsen-  
tare personam , cum sibi tribuant peccatum , apud Strigel.  
hypomn. ad Psal. 143. fol. 690. De Begardis & Beguinis vid. Ger-  
son , apud Celeberr. Dn. Bücher. in Fanatic. c. 2. S. 5. pag. 33. nec  
non Ostiander H. E. Cent. XII. cap. 1. p. 347. Sic Weigelius in  
Postil. P. I. p. 108. hominem internum , et externus à quo commit-  
tit , ab omnitem peccato preservari pluribus docet. Suspe-  
cta quoque sunt verba nonneminis : Bey den renatis wü-  
tet die Sünde am meisten nur im Fleisch und in den Gliedern/  
also daß sie dorthin/nempe ins Gemüthe und herrschende Kraft  
der Seelen/nicht kommt/ so lange Gottes Geist im Menschen  
wohnet. Contra qvos uti exemplum Pauli renati , actus pec-  
caminos vel maxime sibi tribuens , tum vero , qvod anima  
πέπτων δεξιῶν fit peccati originalis & actualis urgemuſ;  
sic contra Reformatos theſlin propositam defenſuri , provo-  
camus (I.) ad oracula Scripturæ Ezech. XXIX. 26. Cum aver-  
terit se justus a iustitia sua , & fecerit iniqüitates , morietur in  
eis ?

eis? in iniustitia, quam operatus est morietur. Quo in loco, licer adsit conditio, tamen non est impossibilis, teste experientia, cum omnino nulla amissio fidei fiat absolute, sed hypothetice in quantum peccatur mortaliter. Nec tantum sermonem esse de *hypocritis*, sed de *vere iustis*, patet ex descriptione *iusti*, in ipso textu v. 6. 7. 8. ex clausula vers. 9. hic *iustus est*, *vita vivet*. Implicat vero hypocritam vita vivere; denique ex oppositione *iusti* & *injusti*. Nam si hypocritice *iusti* intelligerentur h. l. sermo etiam esset de hypocritice *injustis*, quod absconum. Addatur *Luc. II X, 13.* ubi non de historica & fida, sed vera, & salvifica fide sermonem esse, liquet, (1.) quia homines verbum suscipiunt cum gaudio, (2.) ad tempus credunt, quod derogatur iis, de quibus est sermo v. 12. (3.) quia tentantur & probantur, (4.) quia recedunt. Sic *Luc. XI, 24.* *immundus spiritus dicitur exire ex homine*, quod ipsum regenerationis indicium est idem vero dicitur reverti, & primum occupare hospitium, quod nisi excuslo spiritu S. fieri non potest. Gravis in primis vox est Apostoli *Rom. XI, 20.* *Propter incredulitatem fratrum sunt tu auctem fidestis, & v. 22. Vide in Te bonitatem, si permanferis, ailioquin & tu excideris.* Jam, qui fratres sunt, fuerunt in arbore salutis, sed exciderunt; & qui sunt inserti, rursus possunt excindi. Quod manifesto affirmat Apostolus, cum dicit: *Eva- cuari estis a Christo, qui ex lege justificamini, a gratia excidistis.* *Gal. V, 4.* Quid? quod ipse Apostolus, de se, renato, testatur: *Contundo corpus meum, & in servitutem redigo: ne quo modo, quum aliis predicarim, ipse reprobus sum.* *I. Cor. IX, 27.* *Conf. Matth. XIII X, 32. 33. XXV, 28.* *Rom. II X, 13.* *I. Tim. I, 19.* *Ebr. VI, 4. 5.* *X, 26. 27.* *Io. II X, 34.* *I. Jo. III, 15.* *XV, 2.* *I. Tim. IV, 1.* *VII, 20.* *Ebr. III, 6.* (II.) Probamus exemplis passim in Codice Biblico obviis ut: *Angelorum Joan. II X, 44. epist. Jud. vers. 6.* *primorum Parentum Genes. III I.* *Aaronis Exod. XXXI, 1, sqq.* *Davidis I. Reg. III, 3.* *II X, 15.* *Salomonis I. Reg. XI, 9.* *Ninevitarum Nab. 14.* *Petri, Thome, Simonis Magi,* *Galatarum Gal. V, 4.* *Alexandri I.* *Timothei I, 19.* *Hymenei &*

*Phileti 2. Tim. 11, 18. (III.) Rationibus.* Etenim (a.) renati  
indigent nova poenitentia. Ergo non sunt in Dei gratia;  
hæc ipsa etiam (b.) cum peccatis mortalibus consistere non  
potest. Nam peccatum nos dividit a Deo *Jes. LIX, 2. (γ.)* si  
Renati non possent desicere, irritæ forent adhortationes de  
gratia Dei non deserenda, de virtute colenda, de peccato,  
ne excutiatur Spiritus S. fugiendo. Quales leguntur *70. V, 14.*  
*1. Corinth. VI, 9. Gal. V, 19. 1. Petr. II, n. Apoc. III, n.* Plura vi  
desis apud B. Gerhardum T. IV. Loc. Th. p 385. & B. Meissnerum  
in *Anthropol. Sac. Dec. II. disp. 19. Giffenium in Calv. Disp. XIII, n.*  
*40. 41. seq. p. 171. seq.*

§. II. Causæ tam facilis prolapsionis sunt : (1.) qvod  
gratia iustificationis & renovationis non est *absoluta*, sed *or  
dinata*, seu ad certam mediorum ordinem homini obser  
vandum restricta, ipsa vero *in amissibilitate gratiae, statui glo  
riæ est reservata*. Jam qvia ordinem a Deo præscriptum  
migrat nonnunquam, & deserit homo, *Luc. XIII, 24. 1. Cor.  
VI, 2. Ebr. III, 12.* hinc e gratiae statu prolabitur. Accedit  
(2.) *imperfectione renovationis* in hac vita & infidiosæ peccati  
reliquæ. Etsi enim per gratiam *iustificationis* liberetur homo  
a *reatu*: per gratiam *renovationis a domino*, non tamen a  
radice & fomite: hinc lucta inter carnem & Spiritum, eo  
eventu, ut nonnunquam caro discedat superior; spiritum  
que extingvat. Nec (3.) deest suis partibus *Satanas*, cir  
cumambulans ad instar Leonis rugientis, *querens, quem de  
voret 1. Pet. V, 8. cribrandi cupidus Luc. XXII, 31.* & nunquam  
non statui gratiae, in quo versamur, infestus. Multum qvo  
que (4.) prolapsionem provehit *Mundus seducens*, variis volu  
pitatum illecebris stimulans ad peccandum. Corrumptunt  
bonos mores consortia prava 1. Corinth. XV, 33 conf. *Psal. I, 1.*  
Denique (5.) illam qvam maxime cauſatur *atrocissima  
nature nostræ corruptio*, ex qva propullat, hominis et  
iam iustificati in fundendis precibus, langvor. *Math. XXVI,*  
*40. 41. 43. 45. poenitentie continuandæ neglectus Apoc. II, 5.*  
nimia credulitas *Math. XXIV, 24. 2. Cor. XI, 3. 2. Thess. II, 10.*  
1. *Jo.*

1. *Io. IV, 6.* persecutionum horror *Matth. XIII, 21.* 2. *Tim. IV, 16.* divitiarum studium *Matth. XIII, 22.* 1. *Tim. VI, 10.* elatio & contemptus Fratrum *Rom. XI, 18.* securitas & torpor. *Matth. XII, 43.* obduratio cordis adversus divinas comminationes *Deut. XXIX, 18.* Paucis: Diabolus fuggerit, Mundus pellicit, caro consentit, Deus permittit. Hinc prolapcio.

§. III. Habemus causas. *Prolapsus ipse* fit, per peccata malitiæ. *Malitia* inquam, non *infirmitatis*, cuiusmodi sunt, quæ ex invincibili ignorantia, vel voluntatis bona intentione ut Petri gladius in horto; conf. *Marc. XIV, 47.* vel ex Zelo cœco, vel præfestinatione affectuum, sine scandalo, sine partu semi-nis *Jac. I, 15.* non reclamante conscientia, emergunt. Hæc in renatis sunt venialia: Non quasi *natura* sua tam *levia* sint, ut non mereantur attendi in iudicio divino, aut quasi *gratiæ* adularam causari nequeant, quod Pontificii docent; vel etiam quasi in *Electis* peccata omnia sint *venialia*, in *Reprobis* autem *mortalia*, quod *Reformati* contengunt: secundum legem enim omne peccatum, etiam minimum & in solo corde commissum, etiam a Regenitis, per se est mortale, quippe quæ omnibus & singulis prevaricatoribus mortem & æternam damnationem denunciat, ut ex Mose ostendit Apostolus *Gal. III, 10.* & *V, 21.* Adde *Matth. V, 21.* *Rom. V, 14.* *VI, 23.* *Jac. I, 15.* Venialia igitur dicuntur, quia eo ipso momento, quo committuntur veniam indivulso nexu conjunctam habent, adeoque nec gratiam Dei, nec Spiritum S. nec pacem conscientiæ & parrhesiam precum, excutiunt; quoniā persona Deo est grata, laboratque mala sibi inevitabili, & dolet propter has fortes, iisdemque ubi res postulat, fide, ac Spiritu reficit, Deique gratiam ob satisfactionem Christi implorat. Hujus generis sunt interni motus, si assensus iis non præbeatur. Hi quippe sunt mortales quæ meritum, non quæ actum, sicut *Vipera* benefica natura sua *Paulo* non nocuit *Aet. XXIX, 5.* quo simili rem *Dannhaerus* illustrat *Phénom. IV. Hodophil. p. 376.* Alter seres habet cum peccatis malitiæ, seu committantur per errorem in fundamento fidei, quo de vid. *Hunnius* in

*diacon. de fundam. Diffens. pap. 220. seq.* seu per actionem aliquam vitiosam proæreticam. Hæc ubi homo destinatus consilio, sciens, volensque perpetrat, vaftant conscientiam, hominem gratiæ divinæ statu excutiunt, seu reprobus is fuerit, seu electus. Nam si secundum carnem vixeritis morientiæ, *Apostoli vox est Rom. IIX, 13.* Negant hoc Reformati, quod supra docuimus, & electum saltem eo usque prolabi posse ut gratia adoptionis & justificationis statu excidat, aut peccatum ad mortem committat, *dicēpñdm* inficiantur in Synod. Dordr. Art. VI. c. 5. Qvos tamen more suo, h. e. acriter & *amorō-*  
*uos* refutavit B. Menzerus de Perseverantia Sanctorum T. II. OO.  
p. 980. seq. a. num. 58. usque ad 218. Illud præteriri non debet Synodus ipsam vi veritatis vietam l. c. concedere, quod renotati enormiter peccantes, reatum moris incurvani & Spiritum S. contristant & conscientiam gravissime vulnerent. Qvæ omnia quam cum statu justificationis & gratia conciliari non possint, res ipsa loquitur.

#### THESES IV.

**Q**uo pacto graviorem quam antea reatum, ob admissum ingrati animi crimen, & gratiæ divinæ contemptum, a relapso contrahi, certum est.

"*Enθesis.*

§. I.

**S**toici qvondam docuerunt omnia peccata esse æqualia. Qvod si de forma genericâ, nempe *tiuicia* & inde pendente reatu simpliciter intelligatur, verissimum est. *Male-*  
*ditus*

dicitur enim, qui non manserit in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea Gal. III, 10. Scholastici multum disputatione de requisitis peccati mortalis, & illa quae per ignorantiam committuntur, ab omni reatu liberaliter eximunt. Certe ad voluntarium tam multum illi requirunt, ut prorsus sit impossibile a religiosis in Papatu peccatum mortale committi posse. At vero omne peccatum, hoc ipso, quod est peccatum, reatum attrahit. Quid levius nostro iudicio, quam ingenita nobis corruptio, quam Peccatum Originis appellare convenimus, utpote non culpa nostra, vel studio attracta, sed cum natura ipsa a Parentibus accepta? Interim tantum ea reatum advehit, ut hujus intuitu omnes promiscue homines τὴν φύσει filios irae pronunciet Apostolus Eph. II, 3. Ergo quia illegalitatem, deflexionemque a norma, & sequentem ex eo reatum, omnia peccata sunt paria. Interim disparia sunt comparate, & quando inter se conferuntur. Hinc igitur non nulla peccata assimilantur rebus levissimis e.g. culicibus Matth. XXIII, 24. festucis Luc. VI, 41. hesitationibus; alia gravissimis: camelis, trahibus, prolapsibus. Et vero quis neget, peccatum ex ignorantia commissum, levius esse probaretico? Servus enim sciens voluntatem, & non faciens, duplo vaporabilis Luc. XII, 47. Duplex poena reatum duplicem arguit. Quis dubitet gravius peccare, qui Patrem, quam qui servum occidit. Hinc etiam pro diversitate peccatorum & contra facti per eadem reatus, datur gradus poenarum in inferno. Sodomitis & Gomorrahis tolerabilius futurum erit in die extremi iudicii, quam Chorazin & Berthasidae Matth. XI, 24. Ipsa vero differentia graduum in peccatis variis rationibus conciliatur. Primo quidem ratione causa efficientis: fidelis gravius peccat quam infidelis: Nam qui suis, in primis domestici, non prospicit, hic fidem abnegavit, & infidelis deterior est. Tim. V, 8. (2.) Ratione causa impellentis: Gravius peccat, ex cupiditate meraque malitia qui peccat, quam qui ex necessitate vel meru periculi. Sic si quis ob unicam drachmam viatorem jugulaverit, aut exiguo pretio emptus patriam prodiderit, neq; uior est, quam si

si singenti mercede vix tandem ille datus, hoc facinus patraverit. Peccare enim ob rem lexiculam indicium est animi ad scelus omne projecti, & qui Dei amorem & metum rebus nihil, postponat. Pomum edere res quidem levius est, sed quanto levior, tanto gravius crimen fuit Adami, qui ob rem tantillam non dubitavit rebellare in Deum Creatorem & Patrem, & diabolo potius morem gerere, quam Deo. (3.) Ratione *objetti*, partim *personalis*, siquidem gravius peccat, qui Deum blasphemat, quam qui *proximum* conviciis lacerat; partim *realis*, siquidem gravius peccat qui Scripturam, quam qui monetam adulterat. (4.) Ratione *Norme*, Adamus totam Legem transgressione sua violans, atrocius haud dubie peccatum admisit, quam qui pomum vel pecuniam est furatus. (5.) ratione *principii agendi*, siquidem qui data opera & elato, ut loquitur Scriptura, *brachio* contrahit Domino, gravorem reatum contrahit, quam qui ex infirmitate, vel affectuum vehementia peccavit. (6.) Ratione *actus formalis*, gravius est peccatum, quod perficitur, quam quod cogitur; quod in *facto*, quam quod in *dicto* consitit, quod committendo, quam quod omittendo perpetratur. (7.) Ratione *adjunctorum*, gravius est *manifestum* *præ occulto*, ob emergens ex eo scandalum: gravius quod defenditur, vel saltem *excusatur*, quam quod agnoscitur & depreciatione serua expiatetur. Levius est id, quod remitti potest, eo, quod remitti non potest. Huc spectat, quod in thesi posuimus: relapsi hominis peccatum, per repetitionem & ingratitudinem aggravari: ita, ut, et si prius peccatum non imputetur denuo, ratione effectus, tamen illud redeat quodammodo, augeatque reatum. Etenim *ingratitudinem* ingens peccatum esse, Deoque maximopere invisum, nemo, qui Scripturas recte inspexerit, inficiabitur. *Paulus* iis peccatis annumerat, quibus ultimi temporibus orbem maxime infestatum iri, Spiritus predixerit 2. *Tim. III*, 2. *Auctor libri Sapientie* inter vitia gentilium multo atrocissima rejicit c. XIV, 26. De hoc *Davides Psal.* XXV, 12. 13. 14. de hoc *Jojada summi Sacerdotis filius* 2. *Chron.* XXIV, 22. de hoc

Chri-

*Christus ipse Psal. XLI, 10. mirum quantum conqvestus est.  
Idem qvin relapsis eveniat dubitari non debet. Rechte Bern-  
ardus Serm. 2. in cap. jejun. col. 92. Gratiarum cessat decursus,  
ubi non fuerit recursus; & ad Imericum: Spiritui, inquit, gratia  
contumeliam facit, qui beneficium dantis grata mente non suscipit.  
Hoc tamen sese peccato, nihilominus relapsus qvilibet obligat, dum, qvi per Sanctoris virtute studium, gratam Deo men-  
tem probare debuerat, peccatis mortalibus Eundem denuo  
lredit gravissime que offendit. Etenim qvilibet ex mera gra-  
tia peccatorum remissionem consecutus, hoc ipso ad chari-  
tatem Deo & Proximo exhibendam tenetur. Est enim ad-  
optatus in filium: ergo tanquam filius praestare debet obse-  
quium. Inhabitatur a Deo: ergo ne hospitem peccatis suis  
offendat, par est. Gratiam consecutus est a Domino: ean-  
dem ergo ut aliis impertiat, est aequalis. Annon oportebat te  
misericordi conservi tui, ut ego miserebar tui? iusta Heri sententia  
est. Matth. XIIIX, 33. Hinc jubemur περστένεων εν πίστι, εν  
έυχαις οι Col. II, 7. ita ut pax Dei, palmarum ferat in cordibus no-  
stris, per gratitudinem c. III, 15. Hanc, qvi non praefstat, nec  
fidei efficaciam per operum bonorum ubertatem probat, is  
coecus est & oblitus, sese a veteribus suis peccatis repurgatum  
fuisse 2. Pet. I, 9. Omnia igitur *peccata malitia*, a relapso  
commissa voluntarie, rationem qvandam *ingratitudinis* ha-  
bent, qvod relabendo contemnitur velut acceptum antea re-  
missionis peccatorum beneficium. Multum vero hic dispu-  
tant Scholastici, speciatim Thomas P. III, q. 88. diff. 22. Art. 1. &  
Gregorius de Valencia T. IV. O.O. diff. VII. q. 4. punto 2. f. 1649.  
anne haec *ingratitudo*, speciale *peccatum* censeri debeat? qvod  
qvidem ipsi negare sustinent, nisi ea intentione committat  
relapsus, ut gratia Dei & beneficium ante acceptum vilipen-  
datur. Sine conditione hac non nisi materialiter adesse in-  
gratitudinem statuant: h. e. non peccatum aliquod peculia-  
re, specificum, & ceteris contradistinctum, sed accidentis ali-  
quod, omnia peccata transcendens, vel peccatis malitia ad-  
haerens. Qvod si vero accedit intentio, tum adesse formalem.*

ingratitudinem. Nos nihil arbitramur obstatre, qvo minus  
in relapsu, formalem intervenire ingratitudinem, putemus.  
Illa enim, qvam Scholastici reqvirunt intentio, ad ingratitu-  
dinis formale non pertinet, neqve enim eandem vel in Davi-  
de, vel in servo neqvam ad fuisse, evinci potest, qvi tamen in-  
gratitudinis a Deo uterque insimulati fuerunt. Sufficit igitur,  
si qvis obligationis immemor, malum pro bono reddat,  
nec debitam pro acceptis gratiam referat. Cujusmodi cum  
in omni relapsu eveniat, formaliter *adesse ingratitudinem*, non  
est cur dubitemus. Qvantopere autem per hanc lēdatur  
Deus, hinc patet, qvod omnium suorum operum & benefi-  
ciorum ultimum habet scopum, sui ipsius gloriam. *Prov. XVI,*  
*4. Apoc. IV, 11. Epbes. I, 6. 12. 14.* Hoc igitur ubi per ingratitu-  
dinem creatura rationalis excidit, qm̄ atrox attrahatur rea-  
tus, fieri non potest.

### THESIS V.

**S**Unt etiam, qvi priora denuo  
peccata homini relapso impu-  
tari, existiment, nec defūnt, qvas  
sua pro sententia afferant ratio-  
nes; nostamen non imputari pro-  
babilius judicamus.

\*Engeois.

#### §. I.

**N**On eadem est omnium de hoc argumento sententia.  
Nonnulli putant, extinctam semel obligationem, non  
quidem reviviscere amplius, propter postrema tamen cri-  
mina

mina (ut Prosper loquitur) affici hominem ea morte, qvæ ei,  
propter ea, qvæ remissa erant, debebatur, *Vid. Grot. in Not. ad  
Matth. XIX, 35.* Sed recte hic respondet *B. Calov. in Bibl. Illusfr.  
N.T. f. 352.* *qualis hac foret culpa & pena condonatio, si & pena qvæ  
ob culpam remissam debebatur, exigenda sit & exigatur, ut ut novis  
accidentibus delictis?* Sunt deinceps, qui hominem relapsum,  
priorē in reatum prorsus recidere, eundemque, si absqve  
poenitentia decedat, iisdem suppliciorum infernalium gradi-  
bus, excruciantum esse existiment, ac si nullam unquam in  
omni vita, peccatorum remissionem fuisset consecutus.  
Hanc tuentur sententiam *Gregorius M. L. IV. Dialog. c. 60.* *Si  
hoc. inquit, qvod in nos delinqvitur, ex corde non dimittimus, &  
illud rursus exigitur, qvod nobis jam per pñnitentiam dimissum  
fuisse, gaudebamus.* *Enthymius in Matth. cap. XIIIX.* *Nisi erga  
nostros debitores misericordia usi fuerimus, subvertemus etiam,  
qvæ nobis suppliciis remiserat, & postmodum omnium pñna  
anobis, sine ulla compassione expetentur.* Idem sentiunt *Beda  
Theophylactus in l. alleg.* *Augustin. L. de Baptism. c. Donatiſtas.  
c. 12.* *Basilius in reg. brev. interrog. 4.* Denique *Gerhardus in  
Explíc. Evang. elencr. p. 1233.* consensum hic dari Patrum una-  
nimem, opinatur. *Grotius* tamen veteres manifesto hic dis-  
sentire c. l. commemorat, qvo de constabit inferius. Interim  
his accedunt e Scholasticis *Hugo de S. Viatore T. III. l. 2. part.  
14. de Sacr. fid. p. 503.* *Gratianus distincit.* *IV. de pñnit. c. divina §.  
sed his.* *Lombardus studioso lectori judicium relinqvit* *IV. dist. 22.*  
*l. B. ENostris M. Chemnitius in Harmon. c. XCIII. fol. 1019 a b.*  
*Gerhardus l. c. Feurborn. OO. LL. p. 266. sq.* *G. Kœnigius in Vind.  
S. S. disp. 30. LIV. p. 579.* forte etiam plures.

§. II. Plerique omnes recipiunt sese ad illud: *Ezech.  
XIX, 24.* *Si averfus fuerit justus a justitia sua, & fecerit ini-  
quitatem, secundum omnes abominationes, quas fecit impius,  
numquid vivet? omnis justitia ejus, quam fecit, non commemo-  
rabitur, propter prevaricationem & peccatum suum; propter  
ipsa, inquam, morietur.* Addunt Parabolam *Matth. XIX, 32.*

E 2

Ex



Ex qua G. Kænigius l.c. urget τὸ γέτω, quo talis instituatur, & πό-  
στος: sicut Rex, servi sui, ad misericordiam ipsius configentis,  
misericors est, & debitum remisit; is vero in conservum suum se-  
viendo, berum suum irritavit, ut traderetur tortoribus, usque  
dum debitum exsolveret, a quo tamen antea erat absolutus v. 23.  
Eodem modo v. 35. faciet Pater Coelestis h.e. resipiscientibus &  
ad suam misericordiam configentibus, remittet quidem peccatas;  
ita tamen, ne deinceps relabantur, aut nominatis in fratres suos  
seviant, alioquin ob precedentem etiam culpam plenariam refu-  
sionem efflagitabit. Idem urget: hominem relapsum irritum  
reddere omnes causas remissionis impetratæ. Ergo & re-  
missionem ipsum facere irritam. l.c.

§. III. Quæ etiæ speciosa esse admittimus, tamen pecca-  
tum semel remissum non denuo imputari, vero magis congruum  
judicamus, idque (1.) quia remissio peccatorum in Scripturis  
ita describitur: quod Deus peccatorum nostrorum, *oblivisci*,  
non amplius meminisse, post tergum ea rejicere, in profundum  
maris objicere, ac in star nubis delere velit. Ezech. XLIX, 33. Jeſ.  
XXXIIIX, 17. Mich. VII, 19. Jeſ. XLIV, 22. Qvibus per empha-  
ticis loquendi formulis peccatorum abolitio plenaria, & anni-  
hilatio quædam infinuitur: utpote quæ evanescant prorsus,  
abeantque in fumum. Addo abjectionem in profundum  
maris, in Scriptura, (quod patet ex Jer. LI, 63.) ejusmodi *sub-*  
*merisonem* notare, quæ *reditum omnem & emersionem* exclu-  
dat. Emergenter vero & reviviscerent quælibet peccata no-  
stra, si denuo imputarentur relapso. (2.) Quia remissio pec-  
catorum non imputatur sub conditione futuræ obedientiæ.  
Fuissent nonnullos, qui hoc statuerant, *Grotius* tradit; sed no-  
mina eorum non adjicit. Neque vero uspiam Scriptura re-  
missionem sub illa conditione fieri tradit; etiæ novam obedi-  
entiam, seu fructum fidei & justitiae, ab illis, qui remissionem  
adepti sunt, in documentum gratitudinis, ac ne gratia vicissim  
excidant, per peccata foedantes conscientiam, requirat, ut re-  
gat Noster *Calovius* monet l.c. addens seruo nequam *simplicer*  
ter ab herbo remissum fuisse debitum: ergo & *simplicer* a  
Deo

Deo nobis condonari peccata. Et vero si non nisi sub condicione futuræ obedientiæ, homo recipitur in gratiam, num vera cadere in reprobos peccatorum remissio potest, qvum Deus eos certo relapsuros esse prævideat? Quid? qvod (3.) necessarium Legis & Evangelii discrimen, nostræ patrociniari sententia videtur. Illius enim promissiones homini offeruntur sub conditione perfectæ obedientiae *Lev. XXIX, 5.*  
*Luc. X. 28.* Evangelicæ præter fidem nihil exigunt: μόνον πίστευσι, tantum credere, vox Servatoris est. *Marc. V, 36.* Excepit quis cum *Königio l. c. p. 583.* Nullam tamen remissionem peccatorum fieri absolute, sed intuitu fidei, qvæ per charitatem sit efficax. Respond. Omnino remittitur peccatum intuitu fidei, sed presentis, & illius, qvæ actu adest: non futuræ, aut continuandæ in statu. Nam, ut *Thomas* non incommodè loquitur *P. III. q. 88. Art. 1. f. 205.* Deus non remittit homini postmodum peccaturo, secundum conscientiam suam, sed solum secundum presentem justitiam (rectius fidem.) Prescit enim se pro his peccatis eternaliiter puniturum esse, & tamen facit eum presentialiter justum. In primis urgemos (4.) qvod dona Dei sunt αὐταις ἀλητα Rom. XI, 29. in quibus vel principe loco memorari debet remissio peccatorum *Ephes. II, 4. Tit. III, 4.* Hoc ipsum adeo verum est, ut ipsi etiam dissentientes remissionem peccatorum ex parte Dei ratam, firmamque esse admittant. *Vid. Feurborn. l. c.* Diserte *Königius: Stat firmum, peccatorum remissionem semel concessam NB. nullo modo a Deo labefactari aut revocari.* Idem tamen scribit antecedente §. 8. Remissionem peccatorum per misericordia contra conscientiam designata annullari & tolli; ita ut priora etiam peccata, illis peccatoribus imputentur, perinde, ac si nunquam fuissent remissa: Qvæ qvidem, qvomodo conciliari possint, non video: pugnat enim aliquid nullo modo labefactari & revocari a Deo, & tamen annibilari & tolli. Qy nullo modo Deus revocabit remissionis gratiam, & tamen priora imputabit peccata, perinde ac si nunquam fuissent remissa? Scilicet, sic & remissa erunt peccata, & non remissa. *Remissa* qvidem, qvia remissio

nullo modo a Deo labefactatur, vel revocatur; non remissa  
erunt, quia ceununquam remissa denuo imputantur. (5.) Si  
per peccata mortalia, remissio, prius accepta, irrita redderetur,  
tum vero incredulitas nostra tolleret fidem Dei, qvoniam an-  
nihilaret, & tolleret actum remissionis a Deo institutum. Ut  
autem nulla hominum incredulitas facere potest, ut *influxus*  
*causarum*, qvæ ad priorem actum justificationis concurre-  
runt, *realis*, ex *fatto*, *infestus* fiat; ex *actuali nullus*: sic, ut *ef-  
fectus* earum, ipsa scilicet peccatorum remissio, annihiletur  
prositus & tollatur, nulla hominis prolapsio facere potest. (6.)  
Nullibi Deus in Scriptura relapsis peccata semel remissa vel  
exprobriasse legitur, vel denuo imputasse. Relapsus fuit Da-  
vid, populum numerando, eo etiam nomine castigatus fuit  
a vate, prioris tamen adulterii & homicidii non est injecla  
mentio 2. *Salm.* *XXI.* *V.* 16. Sed & Magistratus civilis, reo, peccata  
semel condonata, non denuo imputat, vel eo nomine multam  
indicit, et si ob intervenientem ingratitudinem penam ex-  
asperet. (7.) Postremo, ne soli hanc foivisse sententiam vi-  
deamur, tuemur nos auctoritate & testimonii, tum Patrum;  
tum Scholasticorum; tum vero Theologorum clarissimorum.  
Patres inter Chrysostomus homil. *XL*, ad *Pop.* *Antioch.* Non est,  
inquit, sicut homo, Deus, nec enim exprobrit preterita, ap. *Gregor.* de *Valentia* p. 1647. Prosper in *resp.* ad *object.* *Gallor.* *resp.* 2.  
qui recedit a Christo, & alienatus a gratia, finit hanc vitam, quid,  
nisi in perditionem vadit: sed non in id, quod remissum est, reci-  
dit, nec pro originali damnabitur *ibid.* l.c. *Gelasius Papa:* divi-  
na, inquit, clementia peccata in ultionem ulterius redire non pa-  
titur, 23. qv. 4.c. *scillicet add. in c. divina 4.* de *pænit.* E Scho-  
lasticis nobiscum faciunt Biel *IV.* *sentent.* *dijst.* *XXII.* qv. un.  
*Art.* 1, 2. *Scotus IV.* *sentent.* *dijst.* *XXII.* qv. un. Thomas *P.* *III.*  
00. *Theol.* *Art.* 1. q. 38. Horum vestigiis reliqui insistunt.  
Hinc Dionys. Carthus *in c.* *XIIX.* *Matib.* p. 66. Communi-  
citer jam tenetur, *peccata dimissa non redire eadem, nec quoad cul-  
pam, nec quoad pænam directe & integre &c.* Accedunt inpr.  
*Gregor. de Valent.* l.c. *Salm.* *T. VII.* *tr. 13.* *B. Barrad.* *T. II.* *l. 40.* *c. 38.*

p. 735.

P.735. Stapler. in Prompt. Mor. p.557. it. Ludolph. Cartbus. Eccius,  
Costerus, Pelbart, Granatensis, Brugenfis, aliique allegati ap. Ger-  
hard. in Explic. Evang. Elencht. p. 1232. E Nostraribus primo  
loco nominamus D. Lutherum, cuius verba a B. Henr. Müllerio  
Rostoch. & adducta & approbata merito allegamus. Sic au-  
tem Müllerus in der Evangel. Schluss-Kette ad verba: &  
tradidit eum tortoribus &c. commentatur p.ap. 195. seq.  
Der Zweck Christi ist hier nicht zu lehren, daß Gott die Sün-  
den die er einmahl vergeben nachgehends wieder straffe/ sen-  
dern/ daß man nach dem Exempel Ottos/ seinem Bruder  
vergeben soll seine Fehler. Man weiß wohl daß die Gleich-  
nähe nicht weiter hinaus müssen gezogen werden/ als so weit  
ihr vornehmstes Absehen erledigen mag. Lutherus spricht: Das  
hierüber die Sophisten pflegen zu disputiren: Ob die Sünde  
wieder kommt/ die da zuvor vergeben ist/ las ich fahren/ denn  
sie wissen nicht was Vergebung der Sünden ist/ meinen es sei  
ein Ding/ das da im Herzen klebe/ und stille liege/ so es doch  
eben das ganze Königreich Christi ist/ das da ewig währet/  
ohne aufzuhören. Denn gleich wie die Sonne nichts desto-  
weniger scheinet und leuchtet/ wenn ich schon die Augen zuz-  
thue; also steht dieser Gnaden-Stuhl oder Vergebung der  
Sünden immer dar/ ob ich schon falle. Und wie ich die Sonne  
wieder sehe/ wann ich die Augen wieder aufzthue; also hab ich  
Vergebung der Sünden wieder/ wenn ich aufziche/ und wie-  
der zu Christo komme/ darum soll man die Vergebung der  
Sünden nicht so enge spannen/ wie die Narren traumen. Hec  
Lutherus. Kurz so spricht der Herr: Ich wil gnädig seyn ih-  
rer Untugend/ und ihrer Sünden/ und ihrer Ungerechtigkeit wil  
ich nicht mehr gedenken. Ebr. VIII, 12 Sapienti satis. Huic  
suffragatur sententiae B. Calovius Noster, qui cum in Bibl. Il-  
lusfr. dissidentium opiniones ex Grotio retulisset, subjungit:  
Nihil definit Grotius: sed postrema hac sententia omnino pro-  
babilior est: nempe, remissa semel peccata non per se puniri,  
sed indirecte, & per consequentiam quandam, quatenus eorum  
condonatio angat culpam sequentem & pertinaciam & ingratianam

*mi crimen. Qvam nostram supra fecimus. Consentiunt e  
Reformati Zanchius T. VII. OO. Theol. p. 237. Polanus in Syn-  
tagm. L. VI. c. 36. p. 363. Lubbertus Partit. Theol. L. 1. pag. 172.  
Janfeni in Harm. Sibrandus c. Vorſ. n. syr. aliqve. Adar-  
gumenta diftentientium, & illud in pr. Ezech. XVII. 24. brevi-  
ter respondemus: loqui Dominum de iustitia, qvas homo  
ipſe fecerit, adeoque de iustitia *inherente* & propria, a qua ad  
*imputatam*, hujusque effectum, male concluditur. Utique  
operum, si qva fecit bona, relapsus, Deus non meminit; in-  
terim Iustitia Jesu Christi per fidem antea revera imputata,  
eatenus recordatur, ut intuitu ejus concessam semel remisio-  
nem peccatorum, non revocet. Itaque hic locus nihil am-  
plius evincit, qvam qvod e statu gratiae per peccata malitiae  
prolabatur, qvod supra concessimus. Ad locum Matth. XIX.  
Mulleri commentatoris sufficit. Qvod ad tertium Königii ar-  
gumentum spectat, totum illud conceditur de *Justificationis  
continuatione* & *fluxu*. Hic utique per gravem relapsum impe-  
ditur & fistitur: acceptum interim beneficium non prorsus  
annihilatur, sed ut Zanchius loquitur: *qua peccata semel remissa  
sunt, ea in perpetuum remissa manent.* Qvin imo, uti nullus  
hominis relapsus facere potest, ut *causa* ille qvæ in priori ju-  
stificatione *attu* influxerunt, non influxerint; sic nec effe-  
ctum ex causis in actu positis & non impeditis, resultan-  
tem tollere, aut irritum reddere possunt,*

Tantum.

---

*Q*vos pariat fructus constans industria,  
BECCI,  
*Q*vam nunc evulgas, pagina docta, docet.

CL. DN.M. RESPONSVRO ob singularem in  
literis contentionem, & morum probitatem,  
sibi commendatisimo, eruditum specimen  
ex animi tota mente gratulatur, scrib.

PRÆSES.

501 A 6592



Vd 17  
1380.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



Q. D. B. VI

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO AVGUSTO,**  
PRINCIPE REGIO, ET ELECT. SAXON. HEREDE  
ETC. ETC. ETC.

QVAESTIONEM:

**AN PECCATA, SEMEL  
REMISSA, HOMINI  
RELAPSO DENVO  
IMPVTEN TVR?**  
SVB MODERAMINE

**DN. GOTTLIEB VVERNSDORFI,**

S.S. Theologiae Doct. & Prof. Publ. Extraord.  
nec non Coll. Phil. Adi.

*Patroni, Praeceptoris, & studiorum suorum Amplificatoris, omni observantiae cultu aeternum prosequendi,*

**PRO D. LVTHERI CATHEDRA  
ANNO ACADEMIAE SECVLARI cl. I. ccII.**

*Ad d. Septembr.*

PUBLICE VENTILABIT  
RESPONSVRVS-AVCTOR

**M. GEORGIVS THEODORVS Beff/  
Onoldinus.**

**VITEMBERGAE, EX OFFICINA GERDESIANA.**